

Sier Antonio Loredan, fo zu-	
dexe di petizion, di sier Piero	64. 121
Sier Jacomo Loredan, fo cao di	
XL, di sier Zuane	100. 87
Sier Polo Zustignan, fo al Fontego	
di todeschi, qu. sier Piero . .	44. 141
Sier Nicolò Marzelo, fo podestà	
a Castel Francho, di sier Fran-	
cesco	54. 128
Sier Vicenzo Bembo, fo cao di	
XL, qu. sier Baxio	73. 100
Sier Hironimo Barbaro, fo capi-	
tanio di la Riviera di la Mar-	
cha, qu. sier Piero	110. 73
Sier Antonio Venier el XL cri-	
mal, di sier Zuanne	113. 73
Sier Stefano Gizi, fo cinque di la	
paxe, qu. sier Marcho	53. 133
Sier Alvise Michiel, fo in l'asedio	
di Padoa, di sier Votor	57. 130
Sier Piero Baffo, fo camerlengo	
a Vicenza, qu. sier Antonio . .	30. 160
Sier Antonio da Ponte, fo signor	
di note, qu. sier Zuanne . . .	66. 124
Rim. ^o † Sier Piero Gradenigo el XL, di	
sier Marin, fo prexo hessendo	
provedador a Monzelese . . .	115. 73

Et fo licentiato il Pregadi et restò Consejo di X,
et expedito una letera in campo, feno poi li soi cai
per il mexe de luio, et rimaseno sier Zuan Zantani,
sier Piero Querini et sier Francesco Bragadin, stati
altre fiate.

In questo zorno a la Zuecha fu fato festa in cha'
Dandolo in corte per il sposar di una fia qu. sier
Alvise Dandolo in sier Zuan Barbarigo qu. sier Hi-
ronimo, et fu assa' persone; e al tardi vi andò l'ora-
tor dil Signor turcho. Fu fato colatione per sala
bella etc.

216 *Exemplum litterarum cancellarii regis Poloniae
ad dominum Nicolaum Georgium qu. domi-
ni Bernardi, receptarum die 26 mai 1512.*

Magnifice domine, amice carissime et honoran-
de, salutem in Domino et felices semper suc-
cessus.

Proficiscente hoc meo cognato istuc et subinde
ad Sacrum Sepulcrum Domini, vobis id saltem scri-
bendum putavi quod bene valeo, laboribusque ma-
ioribus quia regni cancellarium sum, et non opibus

sum factus obnoxius, sed spem in Deo Omnipotenti
habeo quod tandem hoc iugum aliquando superabo
et derelinquam et quietem optatam assumam. Id
ipsum vero ubi acciderit, tecum et cum tuis aman-
tissimis natis mihi fratribus carissimis liberius ac li-
beralius agam et nunc nihil facultatum habeo quas
tibi comunes esse mecum vellem quam quidem
adeo tibi tuisque natis sum obligatus ut nunquam
posse mihi contingere puto quod vobis satisfaciam,
sed voluntas cum his quee sunt facultatibus non
deerunt filio vestro et fratri nostro Bernardo, du-
dum non scripsi: neque nunc scribo quia in stipite
toto haereo, ramos autem ejusdem stipitis amo. Certe,
sæpe mecum cogitans, anxius sum de statu istius ve-
stre inclitæ urbis et de vestro statu. Serenissimus au-
tem Rex noster qui certe compatitur disserimibus
vestris, sepius recensere solet indigne urbem ve-
stram opprimi, quam scit esse reipublicæ christianæ
ineolum statui valde salutarem: et ideo hisce die-
bus decreverat ad imperialemittendum legationem
oratorem eumdemque jam sumptu et instructione
expediverat ea de re ut Imperatori suaderet ac per-
suaderet quatenus cum Sanctissimo Domino Nostro
ac cun Dominio Venetiarum concordiam compone-
ret, causæ autem quibus permoveri debuit Sacra Im-
perialis Maiestas non erant exigui et parvi momenti,
sed haec non erant incognita oratori apostolico rever-
endo domino Johanni Staphileo; dum autem Maie-
stas Regia in proposito mittendi esset et dum ora-
tor se attingeret ad iter arripiendi, venit certainam
novam Maiestati Regiae Imperatorem in partes infer-
ioris Germaniae concessisse: eam igitur ob rem con-
tinuit domi oratorem jam absolutum: sed certum
habeat vestra magnificentia quod haec Maiestas Regia 216
magnis rationibus suffulta amat istius Dominii felicitatem et malis ejus compatitur. Non ignorat ve-
stra magnificentia quod hec Maiestas Regia pene haë-
ditarium bellum cum Scithis quos Tartaros Tauricos
vocabus habet, eorumdem autem viginti et supra
milia in die Resurrectionis Domini regnum vastandi
invaserant, crudeliterque illud in finibus vastabant
nec statui nec sexui parcendum. Maiestas autem haec
Regia in re inopinata subitum consilium aggressa est,
congregari enim fecit exercitum non delectum sed
validum maiori celeritate qua potuit et fecit cum
ipsis Tartaris manus conserere in die itaque Sancti
Vitalis proxime præterito totum eorumdem exercitum
pulcherrima Victoria vicit, prædas tam hominum
quam pecudum recuperavit, nam valde pauci
ex numero viginti milium evasere, sed credimus in
Domino Deo quod nec isti evadent. Deus omnipotens